Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36530
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



IHXPI HOMINIS. INCIPIT. EXPOSITIO. BEATI. AMBROSII. EPISCOPI. IN LUCAM. EVANGELISTAM.

SCRIPTURI. IN EVANGELII LIBRU QUEM LUCAS SES PLENIORE QUODAM modo rerum dominicarum distinctione digessit. stilum ipsum prius exponendum putamus. Est enim historicus. Nam licet scriptura diuina. cuncta sapientie disciplina. qd maiore ficata uerborum ambitu quam rerum ratione subnixa sit. tamen siquis inscripturis diuinis etiam illa que miranda illi putant. querit mucniae. Tria s enim que philosophi mundi istius pcellentissima putauerunt. triplice scilicet esse sapientiam. quod aut naturalis sit. aut moralis. aut rationalis. Hec enim tria et in ueteri testamento potuimus aduertere. Quid enim aliud significant tres illi putei. quorum unus est uisionis. alius abundantie. tertius miraculi. nisi triplice istam in patriarchis fuisse ueritatem. Rationabilis puteus uisionis. eo quod ratio uisum mentis acuat. et animi purgat obtutum. Et hic puteus abundantie. eo quod cedentib; allophilis quos specie uicia corporis figurant. uiuus isaac liquorem mentis inuenit. Purum enim pfluunt boni mores. et bonitas ipsa popularis abundat alius. sibi restrictior. Tertius puteus miraculi. hoc est sapientie naturalis. quem ea que sup naturam uel naturae s comphendat. Quod enim affirmat. et quasi de teste muratur. etiam diuina complectit. cum dns naturae fidei testis adhibetur. Quid etiam tres libri salomonis. unus de puerbis. alius ecclesiastes. tertius de canticis canticorum. nisi trine hui ostendunt nobis sapientie sem salomonem fuisse sollertem. qui de rationabilib; et ethicis in puerbis scripsit. de naturalib; in ecclaste quia uanitas uanitatum et omnia uanitas. que in hoc mundo s constituta. Vani